litum ajens, navim conſcendit. Interrogatus autem à pyratis quorſum tendere velit? reſpondet iturum ſe phocas captatum: his vero ſe eum comitari paratos eſſe dicentibus retulit, nullis ſe, ſi vel maxime ſolus proficiſcatur, periculis obnoxium eſſe, rem autem gratam ipſos ſibi facere, ſi negotia domeſtica, donec redeat, ſuo nomine curent. Hinc vento ſecundo vectus pervenit in portum regionis cujusdam nomine Schroſis, ubi in promontorio mulierem vidit Giganteam picis inſtar atram, calvitieque horrendam, quam nuper ex alto egreſſam, uti ſoli vultum obvertentem ſubridere animadvertit, carmine alloquitur, cujus hic ſenſus: Quale in veteri iſto promontorio monſtrum videndum ſe mihi offert, quænamve beſtia nigris inſignis oculis, hic in ſicco mihi cernitur? retulit illa, multorum ego hominum, qui huc piſcatum profecti ſunt, ora terram oſculari coegi; tu vero quiſnam qualisve, qui improviſo in has incidiſti marinas rupes? K: reſpondet Hangium me vocant plurimi mortalium. Tum illa conſultius (ait) erat domi te remanſiſſe, quam in hæc abdita loca properaſſe. Cui Ket. tuto priuſquam huc veni, ire poſſe mihi videbar, quippe qui minis Gigantum haud facile flecti aut terreri poſſim; licebit autem cuique, ubi neceſſitas id poſtulat, victum ſibi acquirere. Ad hæc illa, fatendum, tua fata nulla vi rumpi poſſe, ſi noſtra colloquia alius referre tibi contingit, ſed heus parvule! liquido conſtat fluctuare tuum animum. Reſpondet ille, cum juvenis eſſem per multa abdita periculoſaque loca iter feci, nec quicquam ſpectris Gigantum perterritus. Sed heus tu! oblongo me nutrix intueris vultu, naſumq; huc illuc inflectis, nunquam ego turpius te monſtrum aut horribilius adſpexi. Sed quidjam factura es? nunquid ſulmonem coquendum mactatura. propius ergo tibi accedere licebit. Totum hoc ipſorum colloquium in originali lingva Norvagica ſcil. carmine habitum fuit, cujus hic ſaltem ſenſus exprimitur aliqualis. Carmine autem unoquoque pronunciato, quaſi teli jactum, propius ei acceſſit hæc Amazo, quod ægre ferens Ketillus arcum tendit, ſagittarumque, quas Guſoni, (ut antea dictum) ademerat, unam in ora frendentis dirigit, jamque manus extenſas jaculanti obvertit, dicens ſe morſum telorum non metuere, cum ſagitta in balænam converſæ mariaque ſubeuntis latus haurit, auditque gemitus expirantis Ketillus. Unde colligens mortuam eſſe, navigiolo cibariis onerato conſcenſo, ex eodem littore ſolvit, inque portum quendam præaltis ſcopulis obſeptum defertur: ubi cum aliquamdiu quieti indulſiſſet, ſtrepitu terribili & fragore excitatus mulierem vidit giganteam, capillis, jubæ inſtar equinæ, promiſſis horrendam, quam quorſum tendat percontatur: illa autem rigorem quendam vel torvitatem præ ſe ferens, reſpondet conventum Gigantum ſe frequentaturam, cui interfuturi ſint, cum Skelkingus incola antrorum Maridumbio adjacentium, tum etiam Rex ſinus Afotani Thorgerus Holldatroll, aliique Gigantes è ſinu fluvii umbræ: (Scugano) *te autem, inquit, è quo Kaldranum occidiſti, odi. hæc elocuta ad littora ſe proripit. Hac in inſula per noctem multa oberrabant ſpectra, quæ tamen nemini nocuerunt, hinc Ketillus demum reverſus, aliquandiu itinera intermiſit.*

CAP. VI.

Efter skamma hryd kom þar vid Eyonu Hrafniſtu Vykungur ſæ er Framar hiet, og kalladur Vykur Kongur, han var blotmadur mykill, han atte Ryke i Huna vellde og Geſtreka lande. Allerbadu Framare ills þad hafde Odin ſkapad honum ad a han bite eingin Jarn: Framar bad Hrafnhilldar Ketil hafde ſomu ſuor firer ſier ad hun skillde ſialt kioſa ſier man, en hun kuad vi Framar nei, og ſagde ſo, firſt eg vilde eingen eiga Atla Vppdala kappa, þa er halfu ſydur, ad eg vilie eiga þetta Troll. Ketil ſeigier Framar ſuor henar aptur, han reiddeſt miog vid þeſſe ſuor. Skorade Framar Ketill a holmgongu, vid Arhaug Joladag firſta, og vera huors mans nydunger et þar ei kiemur. Ketil kuad koma mundu, þeir Brædur buduſt ad fara med honum. Ketil kuad ein fara munde. Litlu firer Jol, liet Ketil flitia ſig a meigin land ſa naumu dolum, han var i Lodkapu og ſtie a syd ſyn, og for epter dalnum, og ifer um skogin, til Jamtlandz, og ſo auſtur Eyskerialand, huor skilur Geſtrekaland og Helſingialand, og er X raſta laung, och III raſta breid, og ill ifer ferdar. Þoren hiet madur er þar bio vid skogin, han baud Ketil filgd ſyna, og ſagde illuirkia liggia a skogenum, ſa ſem firer þeim er heiter Sote. Han er bæde ſuikull og hardfeingur. Ketil kuad ſier ei mein munde ad þeim verda, ſydan for Ketil a skogin, og kiemur ad skala Sote, han var ecke heima. Ketil kueikte upp elld firer ſier, Sote kom heim og heilſadi ei Katle, og ſette viſt firer ſig, en Ketil ſa a og mælte, þu ert mykill matnydyngur Sote. Sote kaſtade þa nockrum ſtickium ad Katle, en ſem Ketil var mettur lagdeſt han nidur hia elldenum, og hraut miog hart. Pa ſpratt Sote upp, Ketil ſtock þa upp og mælte. Þui lætur þu ſo Sote. Sote mælte eg blæs ad ellde, er næſta var ſlokin, Ketil ſofnade þa aptur i ordu ſine, þa ſpratt Sote a fætur og tuihende oxena, Ketil ſtock þa upp og mælte, ſtort viltu nu britia Sote, ſydan ſat Ketill vid elld alla nottena. Um morgunen beide Ketil Sote fære med honum a skogin, og han for med honum, þeir nattudu under einre eyk. Ketil ſofnade skiott, Sote hugde han ſofa, þui han hraut hatt, Sote ſpratt upp og hio til Ketils, ſo ad af hraut kaþuhn Otturin, en Ketil var ei a kaþune, Ketil vakte og villde reina han, hliop upp og mælte. Nu skulu vid reina ſangbrogd med ockur, Ketil

CAP. VI.

Paulo poſt ad Inſulam Rafniſtam appulit inſignis quidam pyrata nomine Framarus, Rex ſinuum cognominatus, cui provinciæ aliquot Hungariæ & Geſtrechiæ paruere, erat autem homo valde ſuperſtioni deditus ab omnibusque odio habitus; Perhibetur magica arte Odini ita comparatum fuiſſe ut acie ferri non facile lædi potuiſſet. Hic Rafnhilldam ſibi in matrimonium dari poſtulavit, cui Ketillus conceſſum eſſe virgini ipſi, arbitrium eligendi quemcunque velit, quæ cognito poſtulato Framari retulit, ſi Aloni nubere recuſaſſet, qui tamen homo fuit, multo magis utique huic matrimonio jungi recuſaturam, utpote homini fero, omnique ex parte execrabili. Hoc virginis reſponſum Ketillus Framaro retulit, quo ad iram provocatus pyrata, Ketillum in certamen vocat, loco nimirum Arhaug & feria prima Solennis feſti (quod Norvagicè Jol*) ſtatutis: adjiciens, ni annueret, ab omnibus ludibrio habendum. Ketillus propoſitam conditionem ſuſcipere minimè recuſans hoſpitibus ſuam ipſi ad exhauriendos hos labores operam offerentibus, nullo ſe ad hoc arduum opus exequendum ſocio uſurum reſpondet. Deinde paulo poſt ſub ipſa initia ſolennitatis* Jol *Ketillus deſtinatos ſibi aditurus labores, ex inſula Rafniſta in continentem egreſſus, ubi convallis Naumdal ſe aperit, utebatur autem Ketillus veſte lanuginoſa calceiſque fereis, qui valle ſuperato perque ſilvam Jamtalandiamque itinere continuato deſertum (quod incolis* Eyſchermarch*) intrat, quod decem ſtadia in longitudinem, in latitudinem vero tria exporrectum & propter ſalebras impervium Geſtrickjam ab Helſingia dividit. Ad confinia hujus deſerti habitavit vir nomine Thorerus qui ſe Ketillum per ſilvam, quæ adhuc ſuperanda reſtabat, comitari velle ultro promittit, latere namque in hac ſylva prædonem & ſtrenuum & immanem nomine Sotonem. Cui Ketillus hunc ſibi nullo modo impedimento fore reſpondet: qui deinde ſylvam ingreſſus ad domum Sotonis pervenit, tum abſentis, ubi dum ignes accendit ſupervenit prædo, qui deinde nullo verbo Ketillum compellans epulis accumbit, id animadvertens Ketillus in hunc modum ad eum verba facit: non immeritò ab omnibus ſordidus, inhumanus & ingratus dicendus es, quippe qui adeo cibi tenax ſis, ut hoſpiti quicquam apponere nolis, auditis his verbis Soto, aliquot portiones carnis ad Ketillum emiſit, quibus ut famem ſaturarat hoſpes, dormiturus apud focum procumbit, & ſtertere cœpit, quod animadvertens Soto quam celerrimè ſurgens, ad dormientem percurrit hoſpitem, qui ſtrepitu pedum accedentis excitatus, quidnam agit quærit, reſpondet Soto, accendere ſe ignem utpote pene extinctum. Denuo autem abdormiviſſe Ketillum ratus prædo accurrit ſecuri eum percuſſurus, quod ſentiens hoſpes ſurgit Sotonemque magna videri inflicturum verbera ait, deinde autem quod ſuperat noctis, pervigil ad focum ſedebat. Die autem illuceſcente Soto rogatus à Ketillo in ſylvam eum deduxit, donec tandem ad veſperam ſub unam arborem pervenerunt ubi pernoctaturi procumbunt. Jamque Ketillus ſoporatus rhonchos emittere cœpit, cum Soto eum adortus ſecuri vehementer percutit, interfeciſſe eum cupiens; ſed ſpes hominem fefellit, nam hoc ictu nihil effectum eſt, niſi globulus,*

til kipte till Sote, skipte þar skiott um, ad han hnepte Sota under sig og hio af honum hofudid, og for syna led, og kom Joladagin til Arhaugs, þar var kata hryd, Ketill sete sig a mote nordrenu a haugin, Framar atte Son þan er Boduar het, han var og komin til motsins, þa Framar var komin i sæte, tok han til orda, huort man Ketill komin til Aorhaux eda ei, Boduar mæler, þar er sa madr: er eg kan einkis til ad geta, farid nu sueinar bioded honum til vor seige. Boduar ef han er komin, sydan foru þeir til hauxins og fundu Ketil eingen sodu Boduare sua komid, sydan for Boduar haugsins og uppa haugin Boduar mælte huor er sa hin hafe a hauge situr frostharde madur, finna vil eg þig, Ketil suarar, Ketill œ Hrafnistu mattu mig kalla Boduar F: upp skalltu rysa og ganga hauge af, tok han i fætur Katle og dro han ofan af haugnum. þa kuad Boduar, reindur mundu ef þu byse vit Framar, þui ad sialfur Odin er hans fulltrue, þa reiddist Ketil er han nefnde Udin þui ad Ketil trude eingen a han. Sydan for Ketill med Boduare og var þar um nottina, og sat ed næsta honum. En um morgunen baudst Boduar ad fara med honum. Ed fæ man i mœte Framar, Ketill villde þad ei, þa mun eg fara med þier sagde Boduar, þad villde Ketill og foru þeir til Aarhaugs, Framar for greniande til haugsins, og voru þeir þar firer Boduar og Ketill fiormenner, þa sagde Framar upp Holmgongu log, Boduar heillt firer Katle skillde, en eingin firr Framar. Framar mælte skaltu nu helldur vera Fiande min enn Sonur Boduar. Boduar kuad han sialfan hafa sagt i sundur frændseme æ millum þerra med fiolkinge synu og golldrum og adur þeir borduft, flœ orn af skoge og ad Framar og sleit af honum klæde. þa kuad Framar vysu. Illur er Orn i sinne, eikin i særa kuide, fære han synar greipur, gular i sara flæde. þa sokte Ornen so fast ad Framar at han vard ad veriast. þa kuad han, veifar þu nu vængium, vopnum mun eg þier heita, vatrar þu nu vynda, sem vita vilier mig feigan, viltur ertu vydfare vier munum sigur hafa, hlytdu eige Hænge, þui han skall firre deiga. Sa atte firr ad hoggua er æ var skorad. Ketill hioa oxl Framar, og beit ecke æ, han stod kirr firer og vatst ut, þui hoggid var mikid Framar hio til Ketils i Skiolldin, og klauf han nidur i giegnum. K. hio aa adra oxl Framar og beit eingin æ, þa mælte Ketill vid suerd sitt, ecke varde mig

bulus, quo de humero suspendebatur toga Ketilli, abruptus; sentiens autem hunc dolum Ketillus hominem manibus prehendens humi prosternit eique caput amputat, præfatus velle se jam ipsius virilitatem experiri. Hinc Ketillus profectus, in destinatum certamini locum feria prima festi pervenit, ubi tum procellosi effundebantur imbres, vocabatur autem hic locus Arhaug, *quod significat tumulum fluvii vel fluvio adjacentem, nam præaltus hic erat tumulus, in cujus verticem ascendens Ketillus consedit, facie boreali plagæ obversa. Filium habuit Framarus nomine Bodouarum, qui spectatum certamen illuc venerat. Discubuere in tricliniis pater & filius, cum hic ab illo, num in determinato loco adesset Ketillus, interrogatus, respondet, vidisse se ibi hominem ignotum, qui, quis qualisve sit quamvis ignoretur consultum tamen esse per famulos eum invitare; neque mora, emittuntur in hunc locum servi, qui statim reversi, neminem ibidem sibi visum ajunt. His auditis ipse Bodvarus, surgens è triclinio, in eundem locum egreditur, conscensoque tumulo, Ketillum in hunc modum alloquitur: Quis hic proceræ staturæ vir tantum frigoris vim masculè sustinens? Seque eum convenire velle adjicit: cui Ketillus, Ketillum Rafnistensem me vocabis; retulit ille: surgito tu deque tumulo discedito. Deinde pedibus Ketilli prehensis, eum de tumulo detraxit, adiiciens vires ejus satis explorandas, si cum Framaro congressurus sit, quippe cui ipse Odinus opem ferre soleat. Audito nomine Odini Ketillus multum indignabatur, quippe non modo ei nullum detulit honorem, verum etiam odio eum habuit. His colloquiis finitis, Ketillus Bodvarum (qui eum invitaverat) ducentem ad ædes ipsius sequitur, ubi proximum hero occupans locum pernoctabatur. Sequenti autem die (quo confligendum ipsis erat) Bodvarus sibi in animo esse Ketillo aut propriis viribus, ad propulsandum periculum certaminis operam ferre, aut etiam alium his laboribus sustinendis parem pro ipso substituere, ait, cui Ketillus priorem sibi placere conditionem respondet. Jamque ambo magna comitantium stipati caterva in locum certamini destinatum egressi, Antagonistam Framarum ibidem exspectant, qui paulo post frendens eodem venit, legibusque certaminis pronunciatis, Filium Bodvarum, quem clypeo Ketillum defensurum viderat, hunc in modum alloquitur: Jam post hac, te potius hostem quam filium agnoscam, cui Bodvarus, tu ipse magicis incantationibus, quibus valde deditus es me abdicasti. Non dum certamen exorsi erant, cum è propinquis sylvis Aquila ad Framarum advolat vestesque ipsius lacerare cœpit, qui carmen pronunciat, cujus hic sensus. Immanis aquila, quæ flavis suis ungvibus me vulnerat. Instante autem Aquila vehementius eum lacerando, adeo ut se defendere coactus sit, rursus eam carmine alloquitur, cujus hic qualiscunque sensus: Alas jam agitas, arma in te dirigam, huc illuc vagaris, veluti mortem mihi ominans; sed falleris tuo augurio, ego enim palmam obtinebo, atqui Hængus prior morietur, ne (quæso) igitur ipsi parcas. Deinde Ketillus (qui lege pugnam exordiri tenebatur) valido ictu gladium in humerum Framari, sed frustra, adigit qui paululum vehementiâ ictus concussus, grandi ictu clypeum Ketilli tentavit penitusque dissecuit. Denuo autem Ketillus altero ejus humero-*

mig þess Draguendil ad þu munder ei byta, þo Odin deilde eggiar og i ui ertu slykur ordin, sem alldre hefur firr ordid, Framar kuad skilfur nu skiegg æ Katle skeika vopn gomul fryr han hior huaslan, hrædest nu fader meiar, ad hoggua hugfrydan, þvi honum hugur eingen duger. Ketil kuad vysu. Ey tarf tu ad eiga æger mier skialldan firdar fullhrauster, fordum storhuggur, Bytru nu draguendill, aa brotna ella, horfiner ockar heill badum ef bilar þu synn þridia. þa kuadst Ketill en eingen hrædast skillde, medan heill være Draguendill, og snere þrisuar suerdenu i hende sier, og hordu fram eggiar. Nu stod Framar kirr, suerdid reid en a oxlena, og nam stadar i miodmun og flakte sydan fræ, þa fiell Framar og kuad vysu. Hugur er i Hænge, Huast er Draguendill, huete han ord Odins, sem eec er verre, bræst nu Balldurs fader brigt er ad trüa honum, niottu nu heill handa hier munu vid skiliast. þa mælte Boduar, nu med þu, ef ad þu þikist eiga ad launa mier nockra lidueitslu, þa vil eg þu gipter mier dotter þyna. Ketill tok þui vel, og sagde Boduar godan dreing. Epter þetta vnnid, for Ketil heim, og var frægur mieg af synum storuerkum. Epter þetta gipte Ketill Hrafnhillde Boduare. Ketill Hængur riede firer Hrafnistu medan han lifde.

mero ense petito nihil efficiens; Gladium hunc in modum alloquitur non ego Dragvendel (id gladio ut antea dictum nomen erat) putaram te tam hebetem fore quamvis Odinus suis incantationibus acumine te privare tentarit, & quid est quod talis sis, qualis nunquam fuisti antea? his auditis Framarus carmen hujus sensus pronunciat: Quassatur barba Ketilli, fallunt vetera arma, increpatur acutus gladius, non audet pater virginis animosum cædere, utpote timidus atque ignavus: cui Ketillus, non est (inquit) quod me provoces, quippe quem non facile quis terrere possit; dabuntur olim fortes qui validos inflixere ictus. Tu vero Dragvendel, aut aciei acuminie aliquid effice, aut frangere, nam si jam tertio nihil efficis, fortunam & mihi & tibi suum subtraxisse favorem, facile quisque colligit. hæc elocutus, gladio quem antea ter in manibus aversa acie versabat Framari humerum cecidit, vulnusque per pectus & ventrem continuatum usque ad coxendices deduxit, adeo ut dissectus caderet Framarus, pronuncians carmen hujus modi sensus: animosus Ketillus, acutus Dragvendel, quem verba Odini acuêre, quo nullus pejor: fefellit jam pater Balduris, cui fidem habere lubricum est. fruere jam, quam manibus tuis peperisti, victoriâ, nobis amplius unâ esse non permittetur. Jamque Framarus moritur: Bodvarus autem Ketillum comitabatur, petens, si auxilium â se ipsi latum, pro beneficio agnosceret, filiam in matrimonium sibi daret; Annuens Ketillus eum collaudavit. Deinde domum reversus Bodvaro filiam uxorem dedit, ipse autem, quam diu vixit, Rafnistæ Insulæ præfuit, rebus gestis & egregiis facinoribus multum clarus.

CAP. VII.

Suo er sagt af Grime Sine Ketils, ad han var bæde mykill og sterkur. þui var han Lodin kinna kalladur, ad kinn hans var onnr med dogt hær, og beit eckert Jarn æ, Grymur tok ut bue i Hrafnistu, epter foder sin, han giordist rykur ad fie, han riede nalega ein Halogalande, Haralldur hiet madur, han var ein Herser rykur i vyk austur, han atte dotter kongs af Upplondum Dotter hans hiet Lopthana. Kuenna fryдust og vel ment, þangad fœr Grimur med VIII menn, og bad Lopthænu, var þad radum radid, og skillde brullaupid vera um haustid. En vrnottum firir brullaupid huarf Lopthæna og visse eingin huad af henne vard. Grimur kom þar til brulaupsins og þottist sakna vinar i stad. þad hafde borid til varum adur, en Grymur bad Lopthænu, ad Haralldur hafde mist konu Syna Geirhillde inn gipte sig anare sidan, er Grimhilldur hiet, og þotte hun ollu spilla er sydar bar raun a. Grymur unde lytt ut hag sin er han spir ecke til Lopthænu fest armeigar sinar. þad bar æn til sem optar ad Hallære var miog um Halogaland. Grimur biost

CAP. VII.

GRimo *filius Ketilli Hængii fortitudine & rerum gestarum claritate multum eminere cœpit, dictus* Hirsutigena, *vel* λασιοχόῤῥος ἀπὸ τῆ λασίαν εχειν ἀυτον ἀπὸ κοιλίας τῆς μητρος, τὴν σιαγονα, *quia in altera ejus gena (quæ ea propter ferri acie lædi non potuisse perhibetur) atri coloris pili statim ab utero matris nascebantur. Hic in paternas opes succedens, Insulæ Rafnistæ, adeoque universæ Halogiæ præfuit, opibus multum abundans. Juvat hic injecisse memoriam viri cujusdam nobili genere nati, nomine Haraldi, qui originem traxit è magno illo, qui orientem spectat, sinu Norvegiæ, dicto* Wych; *vir omni divitiarum genere abundans. Hic in matrimonium habuit filiam Reguli cujusdam superioris Norvegiæ tractus ex qua filiam susceperat, nomine Lopthanam formæ elegantiâ nec non honestiorum artium cognitione præditam, hujus famâ Grimo Hirsutigena cognitâ, numerosa comitantium caterva stipatus ad territorium patris ipsius proficiscitur, virginemque sibi in matrimonium postulat; neque difficilis impetratu res: nam annuens pater virginis, id quod postulabatur, ratum firmumque esse voluit, dies deinde proximo autumnali tempore, nuptiis celebrandis, amborum & Grimonis & Haraldi suffragiis dictus. Adventante autem nuptiarum celebrandarum tempore, tribus diebus ante definitum diem, nusquam in paternis ædibus comparere visa est Lophtana, nemine quonam evasisset cognoscente. Hujus fata-*

bioſt þa heiman med ſeriu ſyna med i ridia mann hiellt nordur firr Finmork og ſuo auſtur till Gardzuyk og er han kom auſtur i vikena ſier han þar nog veidefaung, ſette han þegar Skip ſitt og bio um, gieck ſydan i ſkala og kueikte upp elld hrir ſier, En er þeir voru i ſveſn komner um nottena, voknudu þeir vid þad, ad komin var ſtormur med ſuartre hrid, ſuo mykil grimd filgde undre þeſſu, ad ſillde ute og inne. Um morguninner þeir voru klædder, geingu þeir ut og til ſiatar, þa ſau þeir i burtu var allur veide fangi, þottuſt þeir ecke all uel ſtadder, en ei gat i bort geingu þeir þa heim ad ſkala og voru þar um dægin. Um nottena vaknade Grimur vid þad, ad hleyd var þar ute han ſpratt upp ſkiott, tok oxe ſyna og gieck ut, han hafde og med ſier ſem en drarnær Oruarnar Guſunauta. Er Ketill Hængur fader hans hafde att og giefid honum. En er han kom ut, ſa han II troll vid Skip nidri þær hielldu i ſin ſtafn huort þeirra, og ætludu ad hriſta i ſundur Skipid, þa quad Grymur vyſu. Huad heite þid hraunſins bittur, er ſkada vilia Skipe mynu, ickur hete eg einar ſiedar, æ madlegaſtar ad iferlitum, þa ſuarar ſu nær honum ſtod. Fria heite eg ſodd nordualla Hrumis dotter ur Hæfialle. Hin er ſiſter myn haltu ſinne kleima ad nafne, komin til ſiatar. Grymur kuad, þryſiſt huorge þiaſla dotter, Bornar veſtar bratt ſkal eg reidaſt, ickur ſkal eg riett, adur rodull ſkyne, vyſt til brada veita hraſni. Kleima kuad, þad var firre fader ockar, brot under ſig, Bukalla lid, ſkulud alldrei nema ſkap rade, heiler hiedan heim komaſt; Grymur tok þa eina af Guſunautu og ſkaut þa ſem firer honum ſtod, Fina mælte, illa for nu Kleima Syſter myn, veder hun þa upp ad Gryme, han hoggur til henar med oxine, hun kuad vid hatt, og hliop in med fiorum Grime vard laus oxin vid hoggid og ſtod ſoſt i ſarenu. Grimur hliop epter henne, og var huorge ſundur nie ſaman med þeim, alt þar til þaug komu ad ſtorum biorgum, þar ſa han framan i biorgunum ſtoren. Heller, þar var einſtyge upp ad ganga, og hliop han þeger upp ſem ſliettan volog i þui hon hof ſig til laups upp i bergid, hraut oxin ur ſarinu. Grymur tok hana þegar, og vard ad krækia oxine i annad ſporid, er han ſtod i odru, oglas ſig efter axar ſkaptenu, og ſo komſt han i helleren. þar ſa han brena elld og ſatu tuo Troll vid elldin, þad var kall og kiellyng, þaug ſpinduſt i Iliar, þaug voru i ſtuttum ſkinfelldum bæde giorla ſa han

fatalis calamitatis ignarus Grimo, ad ædes Haraldi, nuptias celebratum, definito tempore pergit: ubi, re cognita, amicam anxiè deſiderans, tres dies hoſpitio utebatur, domumque deinde rediit. Quinque autem annis antequam ea, quæ jam dicta ſunt, acciderent, uxorem priorem Haraldi, nomine Crimbildam idem quod Lophtanam, infortunium cepit, nuſquam poſtea comparentem: quo factum eſt, ut Haraldus alteram duxerit uxorem Grimbildam dictam, quam cauſam multorum malorum fuiſſe, poſtmodum eventus docuit. Grimo autem ægre ferebat ſe ignorare quorſum Lopthanam ſponſam ſuam iniqua ſors abſtulerit. Paulo autem poſt annona carior per Halogiam invaleſcere cœpit, cum Grymo tribus adjunctis ſociis naveque conſcenſa ſeptentrionalia Finnmarchiæ ora prætervectus, defertur in ſinum quendam nomine Garswich, ubi in littus egreſſi magnam copiam cibariorum marinorum congeſtam eſſe animadvertunt: deinde nave ſubductâ, ſuccedentes in tectum, ignes ad arcendam vim frigoris accendunt, ſatisque calefacti, cubitum eunt. Jamque profunda nox erat, cum vehementior nimbus magna vi frigoris mixtus effunditur, horridoq; ſonitu perſtrepens, dormientibus ſomni otium ſubmovit. Die autem illuceſcente, ut ſurrexerant egreſſi ad littora, cibaria marina, quæ pridie læti adſpexerant, jam anxiè deſiderant, nullo eorum veſtigio remanente: quæ res penuriâ cibi laborantibus, infauſtaque tempeſtate ab eundo deterritis, metum pariter ac dolorem incuſſit. In hujus infortunii & triſtis caſus conſideratione hærentes regrediuntur è littore tectumque ſubeunt. Nox inſtabat, & omnes ad quietem ſecedunt: ubi vero ſomnus in omnium pectora irrepſerat, vehementior cachinnus foris exortus eſt, quo expergefactus Grimo ſurgit, ſecurique & telis Guſonianis, quæ dederat ipſi Pater Ketillus, armatus prodit foras. Dum autem oculos circumquaque fert videt apud navigiolum ſuum duas fœminas monſtroſas, quarum altera puppim, altera vero proram tenebat, vehementerque navigiolum concutiebant, veluti idem inter ſe diſtracturæ. Has Grimo carmine alloquitur (quod latinè ita reddi poterit) Vos monticolæ, quomodo vocamini, nocuiſſe cupientes navi meæ, quibus neminem ego turpiorem vidi unquam? Retulit ea, quæ propior erat: Funiam me vocato, natam in Septentrione patre Hrumnero de monte alto, hæc eſt ſoror mea nomine Kleima natu major ad littus egreſſa. Cui Grimo, neutra veſtrum meliore (quæſo) regatur fato, O gigantum filiæ, ad omnia mala natæ, ira ego inflammatus ambas vos, à corvis devorandas, ante ortum ſolis trucidabo. Ad hæc Kleima reſpondens, noſter (inquit) parens ruſticorum complures opprimere olim conſuevit, nemo igitur veſtrum, niſi id fata prohibeant hinc incolumnis ſalvuſve evadet. hæc dicens ſagitta (quæ fuerat Guſonis) à Grimone emiſſâ confoſſa obiit, videns id Finna crudeliſſimè in ſororem ſævitum eſſe ait. Hoc audito Grimo eam percuſſit ſecuri, quâ, quia fixa in vulnere hærebat, omiſſa, effuſam in curſum, quâ litoris via ducebat, fœminam à tergo inſequitur, idque tantiſper dum ad eminentes ſcopulos pervenirent qui abſciſſi & prærupti ſemitâ perangusta adiri poterant, inque media altitudine, ſpecum vel antrum habuerint. Jamque fœmina, quâ aditus eſſe videbatur, mira velocitate aſcendit, excuſſa vulnere ſecuri: quâ, Grimo ſemitam ingreſſus,

han huornen þaug voru skopt i millum totanna. En er finna kom in, heilſudu þaug henne, og ſpurdu huar kleima Siſter henar være, hon mælte getid þeſſ eingen, hun liggur daud vit a fiorum en eg ſærd bana ſære, en þid liggid hier og fletied ickur vid elldin. Kall kuad þetta hafa verid lytid frægdaruerk ad drepa ickur, þar ſem onnur ickar var vi en onur ſio vetra eda huor var ad þeſſu verke. Finna ſagde, þetta hafa giort illmennio Grym Lodinkin, Eru þeir ſegdar meir lagader til en adrer menn ad vina troll og Bergbua, enn þo han hafe þetta giort, þa gledur mig þ' ad hann mune ſempt na aptur konu efne Synu Lopthænu. Og er þad gaman ſo skamt ſem hun er i brotu, og velldur þui Grymhilldur Siſter myn, og er henne fleſt til menta giefid, þa mædde ſana Blodras, og datt nidur daud. I þui gieck Grymur i heller inn, og hio ſo hart til kals adhraut af hauſinn, þa hliop Kellyng under Grim, og þokſt a fangbrogdum, var þeirra adgangur bæde hardur og langur, þuiad hun var hidmeſta Troll, En Grymur var Ramur at afle, en ſo lauk ad hann bra hene miadmr bragde, ſo hun fiell, hio han þa af henne höfudid, og gieck af hene daudre, för ſyda med gull og gerſemar ur hellernum, og bar heim til skala ſyns.

CAP. VIII.

Annan dagen epter var vedur gott, geingu þeir þa um fiorur, og ſau ad rekin var hualur mykill, þa foru þeir þangad oc toku til hualskurdar. Eitlu ſydar ſier Grimur, huar XII men geingu þa bar bradlega ad þeim, Grymur heilſade þem og ſpir ad nafne, ſa kuadſt heita Hreidur er ſirer þeim var og ſpir þui Grymur villde ræna han eign ſinne. Grymur kuadſt hafa fundid hualinn firre. Veiſtu ecke ſagde H: ad eg a hier reka allan, ei veit eg þad ſagde Grymur, en huorſu ſeiner hofum hualin ad helmynge, þar skal eingin von til ſagde Hreidur. þu matt anadhuort ganga fra hualnum ed beriaſt, þeir giordu ſo, var þar en hardaſtu ſokn en menn Hreidars voru harder og ſtorhogguer og vopnfimer og innan lyttels tyma fiellu bader menn Gryms, var þa bardægin hin hardaſte, en þo lauk ſo ad eller men Hreidars fiellu, og han ſialfur, enda fiell Grymur þa bæde af ſarum og mæde, læ hann þar i valnum i fiorunne, og ætlade ſier ecke nema dauda, en er han

greſſus, inter ſaxa defixa ſublevebatur, tandemque m⁊nubrium ſaxis inhærentis, manibus amplexus ad oſtium antri enititur, quod ingreſſus duos Gigantes videt, focis calentibus aſſidentes, qui veſtibus pelliceis induti pedibus inter ſe collitis jocabantur, erant autem maſculus & fœmina. Dum autem Grimo inborum contemplatione hæret, Gigantes filiam ſuam Finnam quæ prius ingreſſa erat, ubi ſit ſoror ejus Kleima percontantur, reſpondet illa occiſæ cadaver in littore jacere, ſibi autem grave vulnus inflictum eſſe, ſimulque adjicit reprehenſione ambos dignos meritò cenſeri, utpote nihil de periculis filiarum ſollicitos: cui ſenex, neminem ipſas occidendo præclarum facinus patraſſe, quippe quorum altera tum ſextum, altera vero ſeptimum annum ageret: denuoque quisnam hujus facinoris ſit auctor percontatur? retulit Finna, eſſe crudeliſſimum illum Grimonem, qui non ſecus ac pater ipſius monticolis & Gigantibus occidendis valde deditus ſit, adjicitque præterea nihil ſibi jam ſolatii reſtare, niſi quod ſciat Grimonem ſponſam ſuam Lopthœnam, quantumvis non procul inde degentem, nunquam recuperaturum, ejusque rei cauſam eſſe ſororem ſuam Grimhilldam, multarum artium ſcientia pollentem. Hæc dicentem primo ſangvis, qui copioſus ex vulnere profluxerat deinde etiam impura anima deſtituit. Inter hæc Grimo accurrens cyclopem maſculum, nihil tale cogitantem decollat, quo fœmina animadverſo ſubito amplexu Grimonem ligans, ſimul ab ipſo adſtringitur, inter hos nexus, hæc tandem virtute antagoniſtæ ad terram deducitur, eoque in lapſu, tibiarum, & lacertorum hoſtilium, articulis obligata, eodem, quo maritus mortis genere mulctatur, ubi vero exſtinctam eſſe conſtabat Grimo copia auri (quod in antro inveniebatur) & pretioſarum rerum, collectâ, ad ſocios rediit.

CAP. VIII.

Sequenti luce, cum hilarior eſſet conſtitutio aëris, oberrantes in littore, cadaver grandis balenæ ex mari, in arenam littoris ejectum eſſe animadvertunt, quocirca feſtinantes, idem fruſtratim concidere cœperunt; Ecce autem dum ardui ad hocce opus incumbunt duodecim viri induſtrii ſuperveniunt, quibus ſalutatione mutua functis, Grimo Laſiocorrus advenas de nominibus percontatur, cui qui cæterorum dux eſſe credebatur, Hreidarum ſe vocari reſpondet, ſimulque quâ fronte quâve venia balenam hanc utpote jure ad ſe pertinentem dividere auſus ſit? interrogat, cui Grimo, ſe ideo hoc facere quia primus balænam hanc inveniſſet, ad hæc alter, an neſciret ſui juris eſſe, omnia ea quæ mare in iſta litora exponeret? quærit, cui Grimo certè ſe hoc neſcire, nihilominus æquum ſibi videri, ut diviſæ inter ſe balenæ dimidiam quisquis partem capiat, reclamante autem Hreidaro, jubenteque aut incepto deſiſtat cadaverque relinquat, aut (ſi magis placeret) decernat. Retulit Grimo poſteriorem ſibi placere conditionem, utpote viro, virtute prædito magis dignam. Jamque utrique gladios impigrè ſtringunt, pugnamque exordiuntur aſſeclis Hreidari utpote manu promtis quam acerrimè dimicantibus, tamque ferociter in Grimonem ejusque ſocios (qui numero duo erant) invectis, ut hi ambo vulneribus graves caderent,

han hafde eing leing teigid, ſa han huar kona gieck, et konu skilde kalla. Hun var ei hærre en ſioveтr gamlar ſtulkur, en ſuo digur ad Gryme þotte hſn vera. Hun var laugleit og hardleit, Biugnefiud og beroxlud, ſuarteigd og ſnipulkinud, tolleit og framsnodinn, ſuort var hun bæde a hær og skinn, hunn var i ſtuttum skinfelde, han var ſuo ſtuttur a bakid, ad han tok ei leingra en a þiohnappa. Harla U-kitheleg þotte Gryme hun vera, hordyngulin hieck ofan fir er muninn. Hun gieck þar ad ſem Grimur læ, og mælte. Lagt liggur þu nu hofdinginn Haleygingana. Eda villtu þiggia lyf at mier Grimur ſagde hon, Grimur mælte valla kan eg þad, ſo matleg ſem þu ert. Eda huort er nafn þitt, ho ſuarar, eg heite Geiridur Gandvykur eckia mattu þad ætla ad eg mune hier nockurs umradande i vykinne, og gior þig greidan i odru huoriu. Grimur ſagde, þad er fornt ord, ad frekur er huor til ſiorſins, og þad vil eg kiora ad þiggia lyf af þier, hun greip han under skinfelld ſin, og hliop med honum ſem lyted Barn, og ſo hart ad hann vard vyngls fullur, og liette ifirr en hun kom ad ſtorum heller, og er hun lætur han nidur ſyneſt Gryme hun ſlyk edur æ mat legre ſem firr, hun mæler þa. Nu ertu hier kominn, og vil eg ad þu launer mier, er eg biargade þier og bar þig hyngad, og kiſtu mig nu Kalmadur. þad giet eg i anguann mata ſagde Grymur ſo fiandlega ſem mier lyſt a þig, þa mun eg ſagde Geirhilldur aungua þionuſtu þier veita, og ſie eg þa ad þu er skiott daudur, þa mun þad verda ad vera ſagde Grymur þo mier ſie þad mote skape. Hun gieck þa ad honum og kiſte hann. Ecke þotte Grime hun ſo ill vidkomu ſem hun var oþecktarleg ad ſia. þa var komid ad kuollde dagz, og bio Geirhilldur þa ſæng, og ſpurde Grim, huort han villde helldur liggia einſaman, eda liggia ſia ſier? Grymur kuadſt helldur vilia liggia einſaman, hun kuadſt þa aungua aſtundan leggia a ad græda han. Grymur ſagde þa, ad þad munde honum ei nægia, og kuadſt helldur munde liggia hia henne, giorde han ſo, en hun batt vid oll hans ſæradur, ſo hann kiende huorke meins nie ſuida, eda nockra ſarenda, þad þotte honum undarlegaſt huorſu miukfyngrud hun var, ſo liotar krumr ſem hun hafde, þui honum þotte þær gæms klom lykar. Og þa þaug komu i ena ſæng ſofnade Grymur, en þa hann vaknade, ſa hann liggia i ſængenne hia ſier ſo fryda mey, ad ongua hafde han ſlyka ſiena, og þotte honum hun

mieg

rent, ſolo Grimone ſuperſtite, qui à duodecim circumfuſus egregiè ſe tuebatur, omnibusque hoſtibus, cum aliquantiſper acriter ex utraque parte pugnatum eſſet, cæſis, labore immodeſto, pariter ac ſangvinis per vulnera (quæ innumera acceperat) elapſi penuria tabeſcens inter mortuorum cadavera tandem procumbit, nihil aliud, quam mortis (quam ipſi vulnera ominabantur) adventum præſtolans. Hoc corporis pariter ac animi dolore vexato, ſupervenit mulier, ſi modo mulierem nuncupare, ejus deformitas patiatur, quippe corporis proceritate ſtaturam ſeptennis pueri non exceſſit; craſſitudo autem tanta erat, ut Grimonem in ſui admirationem raperet: facies oblonga, pallida, torva nigris oculis, & adunco naſo deturpabatur, corpus ubique &, qua hirſutum & qua non hirſutum, atri erat coloris, tunicâ pellicea, ex eminentiore humero pendens, non amplius quam ad nates demittebatur, mucus è naribus per labia diffuſus, oſculis indignam eſſe fœminam Grimoni perſuaſit. Tali formâ pariter ac cultu prædita, ad Grimonem inter mortua cadavera jacentem & jam jam moriturum accedit, ſibique verbis compellat: Heus tu Princeps Halogiorum, mirum te hic in humili loco velut objectum & contemptum jacere: nunquid mea ope, quo diuturniore fruaris vita, ſanitati reſtitui cupis? Cui ille, me fermè pudet pigetque tua ope recreari aut ſanitati reſtitui, quippe quæ tam omni ex parte abominabilis videaris, nihilominus quo voceris nomine noſſe juvat. Retulit illa Geyrridam ſe vocari, viduam ſinus ſpectrorum cognominatam, & proinde ipſum & quemlibet alium facile colligere poſſe tractum hunc ſinum circumjacentem ad ſuum nutum prorſus erectum eſſe: jubere ſe igitur alterutrum eligat, aut, quod ipſi jam imminebat, mori, aut, quod oblatum erat, ſanari: cui ille ſi potius id quod oblatum ſibi ſit, ſanari ſcilicet, electurum: πάντα γὰρ (κατὰ τὸ ἐν παροιμίοις λαλούμενον) ἄνθρωποι φιλόζωοι εἶναι omnes enim homines (ut in proverbiis dicitur) vitæ eſſe ſtudioſos: hac dicentis corpus in ſinum ſuſtulit, inque curſum quam velociſſimè effuſa haud ſecus ac leviſſimum, quid geſtat, adeo ut veluti in extaſi ſe eſſe Grimo comperiret, ignarus quâ vel quo ferebatur, tantiſper dum in antro quodam à muliere deponeretur, quæ jam multo immanior & turpior quam antea intuenti viro viſa, nunc inquit, O vir! quod mea ope in hunc locum tranſlatus ſis, præmium talis beneficii abs te poſco, nempe oſculum, quod mihi dare non differto, cui ille, id ſe nequaquam ipſi dare poſſe utpote monſtroſæ & ſqualidæ: tum illa ni, inquit, id quod poſtulabam, facias ocyus, utique auxilio meo deſtitutus miſerrimam & triſtiſſimam mortis pœnam ſubibis, cui ille, id ſe quantumvis invitum, quoniam neceſſitate cogatur, facturum annuit, neque rem diſtulit, mulierem ſe adruntem oſculatus, idque majore cum voluptate, quam aſpectus ſquallidus monſtroſæ promittebat. Jamque veſpera appetebat, & Geyrrida lecto ſtrato, Grimonem, num, una ſecum, aut peculiaris ipſi placeat cella, cui hic peculiarem ſibi potius placere reſpondet. Tum illa, ni eundem ſecum ingrediatur torum, nullam ſe prorſus medicinam vulneribus ejus adhibituram videns autem Grimo nullo ſe modo propoſitam effugere poſſe conditionem, ſine periculo mortis, unum cum fœmina ingreditur lectum; idque majore

cum

mieg lyk. Lopthænu feſtar konu ſinne, en nidre þ skorenne, ſa han liggia ham þann, ſem Geirhilldur. Ganduykur eckia hafde att, var Grymur þa Grœm ſinna meina, han ſtock þa a Pætur er hann ſa huar han var ad kominn, og brende hominn ad kolldum kolum, endreipte vyne a varer Lopthænu, þui af henne var allur trolla ſtirkur ur þui hun ſlepte hamnum. Og vaknade hun skiott vit og mælur nu heſur huortueggiu ockar vel ordid, eg gat þier lyf fra aunduerdu, enn þu komſt mier ur anaudum þeſſum. Grymur mælte, huorſu komſtu hier, eda med huoriu more er um hag þinn, hun ſuarar litlu ſydar en þu varſt farin ur vyk auſtur, fra Harallde Herſer fodur my num, mælte Grymhilder ſtiupmoder myn mier ſuo mælande. Nu skall ec launa þier Lopthæna ad þu hefur ſynt mier magan dag þriosku og þuerud, ſydan eg kom hyngad, læt eg þad verda ummælt, ad þu verder ad hinne lioruſtu trollkonu, og huerfer nordur til Gandykur, og bigger þar ad heller og ſitier þar i ſnodrenu vid Hrumner Broder minn, og eigiſt þid vid margt illt, og hafe þui verr er ſig ſydur herdur, þu skalt og vera huomleid ollum trollum og monum þu skalt og vera alla þyna æfe i þeſſare anuæd, og alldrei ur henne komaſt, nema nockur menskur madur þui jate þier, þeim þrem hlutum er þu beider ſem eg ueit eingin mæn vera. Sa er firſte ad þiggia lyf af þier, anar ad kiſſa þig, ſa þridie ad liggia i einre ſæng og þu. Nu hefur þu alla þeſſa hlute vid mig giorda, enda var þier skildaſt um. Nu vil eg þu flitier mig i vyk auſtur till fodur myns, og drecker till myn Brulaup þitt epter þui ſem ætlad var, ſidan for hann heim til skala ſyns, þa ur nogur veidſange, læ þa hualur i huorre vyk, hlod hann bratt ferju ſyna og hielt ſydan fra lande, voru þaug tuo a Skipe Grymur och Lopthæna tok han þa til liſtar ſinnar ſem hafde Ketil fader hans og adrer Hrafniſtu menn, ad hann bra upp ſegle i logne, Rann þa bir og ſilgde til Hrafniſtu, þottuſt men aller hafa heimt han ur heliu.

cum jucunditate, quam putarat. Deinde vulneribus ejus adeo fideliter obligatis, ut nullam amplius ipſi afferrent dolorem, tandem in ſomnum labebatur, quo iterum poſt ſufficentem quietem diſcuſſo, virginem qua nullam viderat formoſiorem unquam, in lecto juxta latus ſuum cubare animadvertit, elegantiam formæ pariter ac vultus lineamenta talia referentem, qualibus Lopthœnam præditam fuiſſe meminit: vidit inſuper ſub ſcabello, lecto affixo, larvam ſimillimam ej, quam pridie exhibuerat Geirrida. Harum igitur rerum novitate perculſus à lecto quippe ſanata ejus vulnera erant deſiliit, reque diligentius ſecum perpenſa, tandem quænam hujus inſolentiæ ratio ſit, intellexiſſe ſe putans, larvam primo exurit, Lopthænæque à larvis & qualitatibus Giganteis liberatæ ori vinum inſtillat, quæ, ubi ſpiritus liberius meare ceperat, jam expergefacta & animi compos, jam, inquit, uterque noſtrum mutuis egregiè functi ſumus auxiliis, ego te ſanando; tu me à monſtroſa larvâ liberando: at ille eam magnopere interrogare cœpit, unde ipſam hæc calamitas cepiſſet: quisnamve ejus ſtatus hactenus fuiſſet: cui illa, paulo, inquit, poſt tuum ab ædibus Haraldi, patris mei, diſceſſum, cum adhuc ibi eſſem, injuſta mea noverca Grimhillda mihi, contumaciæ accuſatæ, ſuis incantationibus talem induxit larvam, in hunc locum relegatam fratris ſui immanis Hrumneri injuriis expoſuit, nullo modo ab hac calamitate liberandam, niſi acciderent mihi hæc tria: primum aliquem hominem ſanare, ſecundo, alicui oſculum ponere, & tertio communi cum aliquo uti lecto; ad quod triplex opus abſolvendum tua jam uſa ſum opera; idque oportunè, uam tui maximè interfuit abſolutum fuiſſe, eò præcipue, quod ſis ſponſus meus: & proinde, quid jam facto opus ſit, ſupereſt dicere: nimirum, ut, ubi me patri meo reſtitueris, quam primum ſolenni ritu conjugium noſtrum conſummandum cures. His omnibus auditis & approbatis Grimo virgine ſibi adjunctâ, in locum, ubi prius cum ſociis pernoctabatur, rediit. Deinde navigio, quod prius carnibus balænarum paſſim per ea littora inventarum, oneravit, ſequente virgine, conſcenſo, in ſpem venti ſecundi, qui jam deſiderabatur, (erat quippe tranquillum mare) vela explicat, uſus in hoc arte, divinitus ſibi pariter ac majoribus ſuis Rafniſtæ incolis conceſſâ, qui quotiescumque tranquillitas maris curſum navigaturis denegabat, explicando vela ventos ſecundos ſibi conciliabant: quæ ars nec Grimonem jam fefellit, ventis ſecundis protinus ex voto adſpirantibus, qui eum, cum navi, qua vehebatur, inſulæ Rafniſtæ reddidere, ubi à ſuis lætabundis ſalvus & ſoſpes exceptus eſt.

CAP. IX.

Litlu ſydar for Grymur i vyk auſtur, og Lopthæna med honum, Grimhilldur riede nalega ollu Rykenu þar auſtur, En þegar Grymur kom, kiende aflsmunar, liet han taka Grymhillde og fara belg a hofud henar, og beria hana ſo i hel med griote og

CAP. IX.

Paulo autem poſt Grimo in ſinum Orientalem comitante Lopthœna proficiſcitur: Grimhillda autem, (de qua ſupra diximus) uxor Haraldi, qui & præfectus fuit iſtius provinciæ, & Pater Lopthœnæ, apud maritum authoritate plurimum potuit, adeo ut ex ipſius libidine, omnia per iſtum tractum penderent. Hic Grimo memor priſtinæ inju-

og brena ſydan þuiad hann hafde adur ſagt Haralldi huornenn farid hafde, giorde han þa Brullaup til Lopthænu, og for heim til Hrafniſtu. Haralldur Herſer giptiſt i þridia ſinn, og fieck þorgunar þorarins dottur. Ecke hofdu þaug Grymur og Lopthæna leinge adur ſaman verid adur þaug attu dotter þa er Brinhilldur hiet, hun vox upp i Hrafniſtu og var hin frydaſta mei, une Grymer henne mieg. En þa hun var tolf uetre, bad henar ſa madur er Sorkuer hiet og var Suada Son, hun villde ei ganga med honum, þ þad Baud Sorkuer Grymur a holm vid ſig. Grymur jatade Holmſtefnanne, Sorkuer var Suenskur ad ætt, og þar atte hann bue ad ſtyra, at halfsmanadar freſti skillde holmſtefnan vera. Grymur kom til holmſins i nefndan tyma, og hafdid ſuerdid Draguendil er fader hans hafde att.

Grymur hio ſo miog hid firſta hogg, ad han ſlæmde undan Sorkuer Badar fæturnar, anan þ nedan hnie en hin þ ofann um miadmernar, og var han þegar daudur, epter þad drapu þeir alla higdar menn Sorkuers, þa kuad Grymur. Hier hofum felt til foldar, trigdalauſa tolf Berſerke, þo var Sorkuer ſeggia þeirra, þrott ramaſti, þroſtur annar. Grimer kuad enn. Firſtman eg leika epter, fodur mynum, skal myn dotter ei naudug giptaſt &c. Grymur lif er og for heim ſydan þeſſu var lokid.

Nokru vetrum ſydar hafdi andaſt Boduar Framar Son, han atte dotter vid konu ſinne er þorni hiet, henar Son var þorbiorn talkut fader Kietils Vidbiodz: fader þornir er atte. *** Hrafnhilldur for þa heim i hrafniſtu till Gryms Broder ſyns. þorkiell er nefndur ein agiætur madur, han var Jallifer Naumdala filke, han bad Hrafnhilldar Ketils dotter, hun var honum gipt, þeirra Son var Ketil Hængur, er innebrende Hrarek og Harek hilldrydr ſine, firer þad þeir rægdu þoralf frænda hans. Epter þad for Ketil til Iſlandz og nam aull lond i millum þioſl ær og markarfliotz og bio ad Hofe hans Sonur Rafn logſogu madur firſte er hier var a Iſlande, Sonur hans var Helge fader Helgu, er atte Oddbiorn Aka ſmidur, hin þridie var Storolfur fader Orms hins ſterka, og Hrafnhilldar, er atte Gunnar Baugs Son; þeirra Son var Hamundur fader Gunnars ſem ur a hlydarenda. Grymur bio i Hrafniſtu til elle, og vard gamall madur, hans Son var Orvar Oddur, og lykur hier þeſſare Sogu fra Kattle Hæng og Gryme Lodin kinn.

****

injuriæ magnum facinus auſus Grimhildam, coram marito ſceleris poſtulatam, ad ſupplicia popoſcit, mortique devotam, capite ejus prius ſacco circumducto, lapidibus obruendam, atque deinde in cineres redigendam curavit. Deinde ubi nuptiæ celebratæ ſunt, nova nuptâ comitante, in Rafniſtam remigravit. Haraldus vero comes tertiam duxiſſe fertur uxorem Thorgunnam Thorarini cujusdam filiam. Non diu in matrimonio vixerat Grimo, cum ex uxore filiam ſuſcepit nomine Brinhildam, quæ annorum aliquot facta, formæ elegantiâ, aliisque dotibus nulli ſecunda, â patre plurimum amabatur. Annorum autem duodecim factæ nuptias homo quidam nomine Sorkverus, Svadæ filius, concupiit, qui cum repugnantem & maximè invitam puellam audiret, indignatus ſe ſperni, patrem puellæ Grimonem ad certamen provocat: neque Grimo certamen detrectavit, intra decimum quintum diem abſolvendum. In Svecia natus erat Sorcverus, ubi etiam multa prædia concredita, vel jure hæreditario habuit. Cum igitur jam adeſſet ſtatutum certamini tempus, Grimo in definitum locum egreſſus, hoſtem ibi obvium habet, quem Grimo gladio Dragvendel, qui fuerat Ketilli, primo ſtatim concurſu ita cecidit, ut gladio inde in medium femur adacto, vulnereque continuato, hinc infra poplitem erumpente, utrumque ej pedem adimeret. hoc collapſo mortuoque, cæterisque ejus comitibus interemptis, carmen modulabatur, cujus utcumque talis ſenſus.

Ὧσε δώδεκα ἄσπονδυς ἐσαφίσαμεν Κυκλώπας ὧν ὁ Σορκυερος ἦν ἀνσφεῖολατος ἔπειτα Θροςος; ἐγω δὲ τον πατέρα μιμούμενος τὴν θυγατέρα οὐ μὴ γαμίσω ἀπουσαν.

*Hic duodecim inſidos procumbere feci Gigantes, quorum Sorcverus fortiſſimus, deinde Throſtus: Ego autem patrem meum imitans filiam invitam nuptui non locabo. Deinde Grimo incolumis domum rediit, aliquot autem annis præterlapſis mortuus eſt Bodvarus Framari filius, cum ex uxore filiam ſuſcepiſſet nomine Thorniam, quæ mater fuit Thorberni Talkii, cujus filius Ketillus Widbodius: pater Thorniæ uxorem habuit ***. Hrafnhilda autem Hængii filia, mortuo marito, in inſulam Rafniſtam, ad fratrem ſuum Grimonem, remigravit: quæ paulo poſt provinciæ Naumdalenſis præfecto nomine Thorchillo nupſit: erat ille vir multis virtutibus præditus. Horum filius fuit Ketillus cognomento Hængus, qui poſtquam Rorecum & Harecum Hilldridæ filios, quod cognati ipſius Thoralfi nomen male detuliſſent, una cum ipſorum domibus incendio abſumendos curaſſet, in Islandiam migravit, totumque tractum, duos fluvios Thioſa & Marcarfliot interjacentem occupavit, ubi locum ædibus ſuis exſtruendis idoneum elegit nomine Hof, id eſt, fanum. Filios hic tres habuit, quorum primus Rafnerus, primus Islandorum Legislator. Alter Helgo Pater Helgiæ uxoris Oddberni Akasmideri. Tertius Storolfus pater Ormonis fortis & Rafnhildæ uxoris Gunnari Bogii, cujus filius erat Hamundus, pater Gunnari de Hlydarenda. Grymo autem Laſiocorrus, quam diu vixit, in Inſula Rafniſta habitavit, vir tandem grandævus factus: cujus filius erat Otto Philobelus virtute & rerum geſtarum, quod ſequens hiſtoria teſtatur, claritate conſpicuus.*

Hiſtoriarum Ketilli Hængii, Patris & Grymonis Laſiocorri filii, finis.

